



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 209. An ille furetur, qui pro statu suo servando facit in vestitu, victu, famulitio &c. expensas, quibus solvendis scit esse imparem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

tentus. R. §. 1. Si dominus videat, & ex metu
vel verecundia non contradicat, auferens fura-
tur, quia dominus est invitus: si videat & non
contradicat, idque sine metu & verecundia, cen-
setur consentire, quia nil opponit, cum posset
& deberet, nisi consentiret, ita plures cum
nac. de Restit. d. 2. q. 8. p. 1. n. 1.

946 §. 2. Si quis prudenter præsummat dominum
esse omnino contentum, vel certò sciat fuisse da-
turum, si rogaretur, non peccat saltem gravi-
ter auferendo, ita cum communi *Lugo* d. 21. n.
54. *Leff.* l. 2. c. 12. n. 4. Ratio est, quia dominus
tum non censetur invitus, saltem quoad sub-
stantiam, quamvis fortè invitus sit quoad mo-
dum illum auferendi, ad excusandum autem
furto non requiritur positiva voluntas domini,
sed satis est eum non esse nec fore positivè invi-
tum quoad substantiam, ad quam tum est con-
tentus: si tamen postea adverteretur non fuisse
contentus nequidem quoad substantiam, esset
obligatio restituendi, quia prior præsumptio
non fecit eum esse re ipsa contentum quoad sub-
stantiam. *Dixi* non peccare saltem graviter,
quia communiter est saltem veniale, vel ob va-
num respectum humanum, quo quis vincitur,
vel quia sit contra voluntatem domini quoad
modum saltem, qui aliter non vult carere suar-
nisì se illâ abdicet sciens volens.

947 Q. 209. *An ille furetur, qui pro statu suo ser-
do facit in vestitu, victu, famulitio &c. expensas, que-
bus solvendis scit se esse imparem.* R. De hoc dicen-
dum esse p. 2. n. 17. & 280.

Q. 210. *An ille præsumi possit esse fur, qui ren-
alienam accipit, vel in cuius domo res aliena inventat?*

R. Hoc